



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 75. Papa mutato consilio hos Legatos plena potestate instruit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** confirmationem pollicitus est. Non multo post tempore Pontifex quoque ad Cæsarem duos legat Cardinales, nempe Antonium de Chalanto, qui tum jam partibus ejus accesserat, & Cardinalem Zabarellam unacum Manuale Chrysolora, Viro nominatissimo, quem ex eadem urbe eis Legationis solum adjunxit.

§. LXXV.

*Papa mutato consilio hos Legatos plenaria potestate instruit.*

Summus Pontifex ambobus hisce Cardinalibus dedit negotium, ut matruis consultarent de congregando Generali Concilio, quo pax Ecclesiæ restitui nonnulli Europæ Principes bello divisi ad concordiam revocari, & Ladislai victoriæ, ejusdemque tyrannis cohiberi possent. At locum pro celebranda Synodo designandum Joannes XXIII Papa sibi soli reservare decreverat, ita tamen, ut nulli quidquam de interno animi sui consilio suboleret. Fixum ergo destinatumque in animo ejus erat, Sigismundo imponere, atque Legatis palam in mandatis dare, ut Imperatori Synodi locum eligendi libertatem relinquerent; interim vero in secreto eisdem consignare literas, quibus nominatim juberentur, ac severe pro-

prohiberentur ut non nisi ea loca, quæ Secul. XV.  
ipſe illis indicaret, acceptarent, reliqua A.C. 1413.  
vero cuncta rejicerent. Ast Pontifex  
cum Legatis suis solerti negotii hujus cu-  
ra impense commendata, abeundi veniam  
daret, scriptasque mandati secretioris  
tabulas, quas manu tenebat, jamjam tra-  
dere vellet, dereumtate mutato consilio  
haud amplius eorum potestatem ad certa  
quædam Synodi loca restrictam voluit,  
sed id ipsum mandatum a se scriptum,  
postquam illud eorum oculis subjecerat,  
coram illis dilaceravit, eosque plena po-  
testate instructos a le dimisit, ac dilau-  
datis eorum meritis, haud obscura afle-  
ctus sui ac fiduciæ signa illis exhibens  
dixit, se se illorum prudentiæ ac fidei peni-  
tus committere. Leonardus Aretinus,  
qui huic Pontifici ab epistolis erat, quic-  
quid in hac occasione gestum fuit, sequen-  
tibus enarrat.

### §. LXXVI.

#### *Leonardi Aretini relatio.*

*Qua in re, inquit ille, non videtur præ-* Leon. Are-  
*tercundum mirabile quiddam, quod tunc tins de reb.*  
*accidit, ut omnia cælitus gubernari cognoscamus.* Communicaverat mecum Pontifex  
*arcane mentem & cogitationem suam. In*  
*loco, inquit, Concilii rei summa est, nec ego*  
*alicubi illud esse volo, ubi Imperator plus*  
*possit:*